



**De Moralitate, Natvra, Et Effectibvs Actvvm  
Svpernatvralivm In Genere Et Fide, Spe, Ac Charitate,  
Speciatim**

**Coninck, Gilles de**

**Antverpiae, 1623**

Dvb. II. Qualis Dei dilectio nobis sit præcepta illo Deuter. 6. Diliges  
Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota  
mente tua?

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-79645](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-79645)

22

CONCLUSIO VII. Et secundus amor habet maiorem speciem amicitiae erga proximum, atque ita possit latiore modo talis dici, tamen strictè loquendo solum habet veram rationem amicitiae erga Deum. Hic etiam est sensus Auctorum quos citavi nu. 19. quia in solo quarto amore aiunt esse veram amicitiam erga proximum.

Prior pars probatur, quia cum proximus à tali amante consideretur quasi aliquid vnum cum Deo, amor eius ut habens rationem amicitiae videtur etiam terminari ad ipsum proximum.

Secunda pars probatur, quia ut sit verus amor amicitiae, debeo proximo velle bonum, aut praeiudicium, aut saltem praeiudicium quia ei bonum est; sed praeiudicium amo Dei bonum quia tale, cum tota ratio curill velim bonum, sit ipse Deus, cui eodem actu magis illud ipsum bonum volo, quam ipsi proximo; sicut eo actu magis amo Deum quam proximum.

23 Nullus actus virtutis theologicæ habet rationem amicitiae erga proximum. Ex his patet Primò, nullum amorem, qui sit actus virtutis theologicæ, habere veram rationem amicitiae erga proximum; sed solum erga Deum, cui per omnem eiusmodi actum primò & praeiudicium bonum volumus, proximo autem solum quatenus hoc simul est bonum Dei. Ita Auctores citati num. 19. atque adeò etiam ipse D. Thom. ubi ait: *Non enim per caritatem diligimus in proximo, nisi Deum.* Scilicet quatenus est virtus theologica, & habet rationem amicitiae, nam quatenus habet rationem amoris concupiscentiae, certum est nos etiam diligere proximum eiusque bonum.

24

Patet Secundò, tertium actum amoris, si tendat in proximum priore modo ex dictis n. 5. proficisci ex virtute theologica, & solum habere rationem amicitiae erga Deum; quia est eiusdem rationis cum primo actu. Si verò secundo modo tendat in proximum, scilicet mediante consideratione bonitatis ei propriae & propter hanc, tunc non est virtus theologica, sed moralis, & vera amicitia erga proximum: quia est eiusdem rationis cum quarto actu.

# D V B I V M II.

*Qualis Dei dilectio nobis sit praecepta illo Deuter. 6. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua?*

25

Duplex hic est difficultas: Primò, circa intelligentiam istorum verborum, deinde an hoc praeceptum in hac vita impleri possit.

Circa primum quidam quos tacito nomine citat Lorca 2. 2. sect. 3. disp. 57. putarunt nullum omnino esse speciale praeceptum diligendi Deum actu interno, sed illo similibusque praeceptis solum nobis praeiudicium ut impleamus Dei mandata in decalogo contenta. Videtur autem hoc posse probari Primò, ex Scriptura, quia Christus Io. hann. 14. explicans quid sit diligere Deum ait:

Lorca.

Ioh. 14.

*Qui habet mandata mea, & servat ea, ille est qui diligit me.* Secundò, quia D. Bernardus serm. 50. in Cantica, explicans illa verba: *Ordinavit in me caritatem.* Est, inquit, caritas in actu, est & in affectu: & de illa quidem, quae operis est, puto datam legem esse hominibus, mandatumque formatum: nam in affectu quis ita habeat, ut mandatur? Ergo illa mandatur ut meritum, ista ut premium datur. & infra: *Quomodo ergo iubenda sunt, quae implenda nullo modo erant?* Quae fuisse pergit disputare ostendendo illud praeceptum Deuter. 6. non posse hic perfectè impleri; atque ita per illud ostendi quid in altera vita futurum sit.

Bernard.

26

Secunda sententia ita illud praeceptum explicat, ut velit illis verbis non solum internum amoris actum speciatim praeiudicium: sed etiam per singula membra diuersa siue diuersam amoris circumstantiam praeiudicium: ita ut per cor, quod in nobis est principium vitae, significetur voluntas, quae est principium omnium liberarum actionum: per mentem verò (quae Marci 12. v. 30. praedictibus additur) significetur intellectus; per animam verò appetitus inferior: per fortitudinem siue virtutem vis executiva siue exterior operatiua. Atque ita dicto loco nobis praeiudicium, ut ita Deum amemus, ut tota nostra voluntas siue intentio feratur in Deum; & intellectus, vis appetitiua, ac exterior operatio omni ex parte Deo subdantur, & secundum voluntatem eius regulentur. ita D. Thom. 2. 2. q. 44. art. 5. Vbi alias varias sanctorum Patrum explicationes adfert, sed quae cum dicta magna ex parte in sensu conveniunt.

Quid cor, mens, anima, virtus in praecepto caritatis significant. Marc. 12.

D. Thomas.

27

Circa secundam difficultatem D. August. l. de Perfectione iustitiae rationatione 17. videtur sentire hoc praeceptum hic impleri non posse, sed solum in altera vita; quia cum non possimus omnino carere omni peccato veniali ac inordinato amore, non videmur Deum posse diligere ex toto omnino affectu, prout ibi praeiudicium. Verba eius sunt: *In qua plenitudine caritatis (quae scilicet erit in patria) praeceptum illud implebitur: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua.* Nam cum adhuc aliquid est carnalis concupiscentiae, quod vel continendo frenetur, non omnino ex tota anima diligitur Deus, &c. Eum etiam sequitur D. Bernardus citatus n. 25.

August.

Bernard.

28

CONCLUSIO I. Datur speciale praeceptum diligendi Deum actu interno. Probatur Primò, quia est communis sensus Doctorum id tamquam omnino indubitatum asserentium: ut patet apud D. Thom. 2. 2. q. 44. a. 1. quem ibi omnes ipsius interpretes sequuntur. Scot. in 3. d. 27. q. unica a. 3. §. Quantum ad 2. Durand. in 3. d. 37. q. 1. ad 3. Valentia 2. 2. disp. 3. q. 19. puncto 1. Sanchez de Praecept. l. 2. c. 35. Turrian. 2. 2. disp. 97. dub. 1. Lorca sect. 3. disput. 47. ubi plurimos alios citat. Secundò, quia Scriptura saepissime nobis inculcat Deum necessario super omnia diligendum esse, ut Deuter. 6. Matth. 22. & alibi. & quod loquatur de obligatione siue praecepto distincto à ceteris praeceptis decalogi, patet ex Matth. 22. ubi hoc praeceptum vocatur primum & maximum; quod propriè non esset verum, si non esset distinctum à ceteris. Pro

D. Thomas. Scotus. Durand. Valentia. Sanchez. Turrian. Lorca.

Deuter. 6. Matth. 22.

Præceptum caritatis dicitur primum, id est præceptum.

1. Tim. 1.

29

quo Nota, illud mandatum dici primum, non quia primo loco ponitur, sed quia primo & maxime per se præceptum est, adeo ut reliqua omnia præcepta dentur, ut hoc omni ex parte perfecte impleatur, atque ita impletio illius præcepti est finis reliquorum omnium, ut dicitur 1. ad Timoth. 1. Finis autem præcepti est caritas de corde puro, &c.

Ex quo probatur conclus. Tertiò, qui obligatur ad media, multò magis obligatur ponere finem, si hoc sit in ipsius potestate. v. c. si in potestate venatoris sit non solum prosequi feram, sed etiam eam capere, si obligetur eam prosequi, multò magis obligatur eam capere: ergo cum obligemur seruare alia præcepta, ut dilectio Dei in nobis sit & conseruetur, multò magis obligamur habere ipsam Dei dilectionem, cum hæc per Dei gratiam sit in nostra potestate.

Probatur Quarto, quia dilectio Dei habet specialem honestatem, quæ inter omnes virtutes maxime deceat naturam rationalem, & maxime ad Dei gloriam spectat: ergo cum aliquarum aliarum virtutum actus nobis sint præcepti, (ut de actu fidei & religionis omnes fatentur) multò magis nobis erit præceptus actus caritatis. Confirm. quia aliquis pater, qui valde amat suum filium, & hoc maxime in eum collatis beneficijs continenter testatur, ab hoc non solum exigit ut omnia ipsius præcepta exterius obseruet, sed etiam, & quidem præcipue, ut eum interius verè amet. unde si actus nostri interni hominum oculis paterent, talis pater putaret se maxima iniuria affici, si videret se à filio interius numquam amari; & omnes huic hoc maximo vitio verterent. Quanto igitur magis Deus, cui nostra interiora patent, & qui plus quouis patre nos amat, maioribusque beneficijs prosequitur, à nobis exigit internum amoris affectum?

30

Ad primum argumentum positum num. 25. Respondeo Christum ibi non explicare in quo formaliter consistat amor Dei nobis præceptus; sed ostendere Primum, solum amorem Dei inefficacem, siue qui nos non impellit efficaciter ad seruanda mandata, non sufficere ad impletionem præcepti caritatis, cum non sit vera caritas. Secundò, obseruationem omnium aliorum mandatorum esse signum interni & veri amoris, cum sine hoc nequeat consistere: qui enim Deum verè non amat, facile ac frequenter in alia peccata incidunt.

31

Ad secundum, Respondeo D. Bernardum non distinguere ibi actum internum amoris contra externam obseruationem mandatorum, sed distinguere duplicem actum internum caritatis. Alterum, quo suauiter toto affectu Deo ita inhaeremus, ut animus sui rerumque omnium aliarum quasi omnino oblitus, cum summa dulcedine totaliter in Deum feratur. Alterum, quo ad opera externa, ut proximo succurramus, impellimur. hanc caritatem vocat actualem, quia ad agendum impellit; illam affectuosam, quia tota sistit in interno affectu. Secundam docet habere rationem meriti: priorem verò habere rationem mercedis, ideoque propriè pertinere ad patriam, ibique solum perfecte re-

Quem amorem S. Bernardus vocat actuale, quem affectuosum.

periti, quamuis hic quandoque in contemplatione prægustanda detur. Vnde infra cum distinxisset triplicem amoris affectionem, scilicet in eam quam caro gignit, & quam ratio regit, & quam condit sapientia, subdit, Prima quidem dulcis, sed turpis; secunda sicca, sed fortis; tertia, pinguis & suavis igitur per secundam opera sunt (licet imperantur) & in ipsa caritas sedet non illa affectuosa, quæ sale sapientia condita pingue scilicet magnam importat mentis multitudinem dulcedinis Domini; sed quædam potius actualis: quæ etsi nondum dulci amore suauiter reficit, amore tamen amoris ipsius (scilicet omnino perfecti, quo animus totaliter in Deum rapiatur) vehementer accendit. & infra: Opere diligamus & veritate, quo videlicet moueamur ad bene operandum, magis quodam viride virtutis impulsu, quam sapida illius caritatis affectu. Vbi aperit duplicem illum actum internum, ut supra dixi, distinguit.

Communiter igitur, ut dixi, Doctores consentiunt nobis esse præceptum ut actu interno caritatis Deum diligamus; sed inter eos aliqua est difficultas, vtrum hoc intelligendum sit de amore naturali, an de supernaturali, an verò de utroque. Quidam autem volunt id intelligi de solo amore supernaturali: alij verò de utroque: alij volunt Christianis præceptum amorem supernaturalem, alijs naturalem, prout videre est apud Bañez 2.2. qu. 44. art. 1. dub. 1. & Turrian. disp. 97. dub. 1. Videntur autem Doctores præcipue hanc questionem mouere, quia putant has dilectiones distinguere obiecto formali, & vnam ferri in Deum, quæ auctorem rerum supernaturalem, aliam verò quæ auctorem rerum naturalium: & hoc supposito merito hæc difficultas mouetur. Sed cum disp. 5. dub. 3. ostenderim dilectionem Dei naturalem & supernaturalem non differre necessariò obiecto formali, & utroque posse amari Deum ut auctorem tam rerum supernaturalem, quam naturalem. Item cum disput. 6. dub. 5. ostenderim, habentem habitum supernaturalem, si circa eius obiectum formale operetur, semper producere actum supernaturalem: non videretur ulterius posse esse dubia, supposita veritate eorum quæ ibi docui.

Dicendum itaque, cum præceptum diligendi Deum oriatur ex iure natura, obligare omnem sufficienter vtem ratione, ut Deum diligat vero actu amoris beneuolentia, & consequenter propter intrinsecam suam bonitatem quæ in se infinite bonus & amabilis est; iuxta dicta disput. 21. dub. 2. abstrahendo tamen an hic amor futurus sit naturalis, an supernaturalis. Etsi enim Deus præcipue intendat ut amemus eum amore supernaturali, cum ad hoc nobis gratiam tam præuenientem, quam habitualement largiatur; tamen ad hoc propriè nullo præcepto directe obligamur. Quod patet, quia non possumus vllò modo in nobis distinguere amorem Dei naturalem à supernaturali, aut scire an hoc vel illo Deum amemus; quod tamen videretur necessarium si obligaremur eum alteri utroque determinatè amare. Secundò, quia, etsi in nostra potestate sit, saltem habita gratia præueniente ad hoc necessaria, Deum super omnia dili-

Lege naturæ tenemur Deum diligere propter intrinsecam suam bonitatem abstrahendo an amor sit naturalis an supernaturalis.

Non obligamur ad actum amoris supernaturalis nisi aliquo modo iudicetur.

Non est in nostra potestate eliciere potius actum supernaturalem quam naturalem.

diligere; tamen non est in nostra potestate efficere, ut hic actus sit potius supernaturalis quam naturalis, vel contra; sed posito quod habeamus sufficientia auxilia siue habitualia, siue actualia ad eliciendum actum supernaturalem, ille actus erit supernaturalis, & contra erit naturalis si illa auxilia nobis defint, quantumvis conemur elicere supernaturalem.

Solum igitur indirecte possumus obligari ut eliciamus actum supernaturalem, quatenus omnes obligamur ut quantum cum Dei gratia possumus, elaboremus ut simus in statu gratiae: quo posito hoc ipso quo eliciemus actum caritatis, necessario eliciemus supernaturalem, ut ostendi supra.

33  
Deut. 6. Quis sit sensus illius loci, Diliges Dominum, & c. D. Thomas.

CONCLUSIO II. Et si illud Deuter. 6. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & c. sensu accommodatio bene explicet D. Thom. citatus nu. 26. tamen si spectemus praecise sensum litteralem, & modum loquendi Hebraeorum & Scripturae, illa verba: Ex toto corde & ex tota anima, & c. videntur omnino idem significare, scilicet nos ita debere amare Deum, ut affectum nostrum non diuidamus in alia, aliquid appetituique supra eum aut contra eius voluntatem amando, atque adeo ut simus parati potius omnia carissima etiam ipsam vitam deserere, quam ipsius praeccepta violare. Ita Cornelius Cornelij in dictum locum Deuter. & Vasq. i. 2. disp. 194. c. 3. in fine.

Cornel. Cornelij, Vasquez.

Scriptura varijs verbis idem significat ut fortiter inculcet. 4. Reg. 20. Psalm. 6. Psalm. 50.

Vbi Nota, quando Scriptura vult aliquid fortiter asserere aut inculcare, id varijs verbis idem significantibus repetere. Sic 4. Regum c. 20. laias ait Ezechiae: Praeceptum domui tuae, morieris enim tu, & non viues. Psalm. 6. Domine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripas me. Psalm. 50. Amplius lava me ab iniquitate mea, & a peccato meo munda me. & alibi saepius. Et simili modo dicto loco Deuter. 6. saepius idem alijs verbis repetitur, ut fortius inculcet.

34  
Possumus hic implere praecceptum amandi Deum. Trident.

CONCLUSIO III. Absolutè dicendum est, nos in hac vita posse Deum cum ipsius gratia amare prout praecipitur Deut. 6. Probatur Primò, quia Trident. sess. 6. can. 18. dicit anathema ijs, qui dixerint praeccepta Dei etiam iustis esse obseruari impossibilia: atqui illud est verum Dei praecceptum: ergo potest impleri. Secundò, quia Christus Luca 10. legisperitum interrogantem quid faciendo obtineret vitam aeternam, remisit ad legem, & ex ea recitanti dictum praecceptum, ait: Respondeisti, hoc fac, & viues. Vbi aperte ostendit impletionem illius praeccepti esse possibilem, & necessariam ad obtinendam vitam aeternam. Item Deuter. 30. v. 2. ut filij Israel post peccatum possent à Deo misericordiam obtinere, expressè exigitur ut ad eum reuertantur, eique obediant ex toto corde & ex tota anima; quae frustra docerentur si hoc esset impossibile. & v. 6. dicitur: Circumcidet Dominus Deus tuus cor tuum, & cor seminis tui, ut diligas Dominum Deum tuum in toto corde tuo & in tota anima tua, ut possis vivere. Vbi aperte dicitur hoc praecceptum hic implendum esse à filijs Israel, & hoc esse necessarium ut possint hic vivere, siue ne Deuseos disperdat.

Luc. 10.

Deut. 30.

35

Vbi Nota, haec verba: Diliges Dominum Deum

tuum ex toto corde, & c. posse dupliciter accipi. Duplici sensu Deus potest dici: scilicet ut totus noster affectus continenter feratur in Deum, adeo ut nulla ex parte vel minimum ab eo deuiet, aliquid aliud inordinatè amando; quod in hac vita fieri nequit, saltem sine specialissima Dei gratia. & sic illa verba intellexerunt D. August. & D. Bernardus citati. 27. Secundò, ut dicantur Deum ex toto corde diligere, qui eum appetituique diligunt super omnia, ita nimirum ut sine parati pro ipsius amore potius omnia perdere, quam eum praesertim mortaliter offendere. & hic est sensus illius praeccepti, & sic impleri hic potest. Posset hic disputari an teneamur Deum diligere super omnia intensiue, sed de hoc melius agemus disp. sequenti.

August. Bernard.

### D V B I V M III.

Quando obliget praecceptum diligendi Deum super omnia?

36  
Vix vlla est difficultas theologica, praesertim moralis siue practica, in qua explicanda tot tamque variae sunt Doctorum sententiae; adeo enim haec res est obscura, ut facilius sit ferè quavis in ea sententias refutare, quam aliquam certam firmiter stabilire. Quare varias aliorum sententias hic proferemus & expendemus, ut lector possit aliquo modo discernere quanam ad veritatem videatur propius accedere.

Primò, igitur S. Thom. i. 2. qu. 89. a. 6. quem tota ferè eius schola sequitur, docet, quemuis hominem statim ac ad usum rationis peruenit, ita ut sit potens peccare, teneri hoc praeccepto Deum super omnia diligere.

37  
D. Thom.

Probatur Primò, quia homo statim ac peruenit ad usum rationis, tenetur se conuertere ad ultimum suum finem ad quem omnes suas actiones dirigat: atqui hoc fit per dilectionem Dei super omnia: ergo ad hanc tunc tenetur. Maior probatur, quia quod in lapide est grauitas necessitans eum ut tendat ad suum finem, scilicet ad centrum terrae, hoc in homine est obligatio tendendi ad suum finem: atqui lapis statim ac generatus est, sublato omni impedimento tendit ad suum finem: ergo similiter homo statim ac natus est, sublato omni impedimento, quod ei initio inest ob defectum rationis, tenetur se conuertere ad Deum.

Secundò, quia aliàs fieri posset ut quis existens in peccato originali, veniensque ad usum rationis, aliquam diu viueret sine peccato mortali, & prius peccaret venialiter, quam mortaliter; & ita moreretur: atqui hoc est absurdum; ergo & id vnde sequitur.

38

Minor probatur Primò, quia Innocent. III. c. Maiores, de baptis. 5. Sed adhuc, docet, adultis dormientibus non posse per baptismum remitti peccatum originale, quia hoc nequit remitti sine mortali: ergo sentit hoc non posse in adultis reperiri sine mortali.

Concil. Florent.

Probatur Secundò, quia Concilium Florent. ait: Illorum autem animas, qui in actuali mortali peccato vel solo originali discedunt, mox in infernum descendunt.